

4. *Selenen.*) Alii Helenam vocant, uti Epiphanius & Irenæus & Theodoretus, quæ sit ea ipsa propter quam Troianum bellum suscepit est: & ouis illa perdita propter quam quærendam è cælo descendisset immutata Dei forma, ne ab Angelis qui cuique cælo præsunt, agnosceretur. Ita os impudens sacro Christi dicto abutebatur, quod est Matth. 15. & 18. versu 12. Consentit cum Augustino Eusebius lib. 2. cap. 12. Histor. & quum locum ex Irenæo transcriperit, apparet apud Eusebium mendum esse, & pro Selenam, Helenam reponendum. Sed facile fuit ex Σελένη imperito scribæ facere Σελένη, & postea σελήνη. Fuit autem ista Tyrium scortum quod è telonio abs se abductum habuit in deliciis Simon Magus, quam ut omnibus commendaret, ut suam Ägeriam Nuina Pompilius, deam & Spiritum sanctum, & ἐννοιαν diuinam appellabat, & esse affirmabat: ex qua Angelos procrearit, adeò nihil est frontis in tam miseris hominibus, quos semel Sitan inani glorię & lucri cupiditate etiam in media Ecclesia fascinavit.

C A P. I I.

Menandriani cur sic dicti. Erroris autem caput vnum recitatum.

Menandriani à Menandro ¹ etiam ipso mago discipulo eius qui mundum assebat ² non à Dco, sed ab Angelis factum.

I. *Menandro.*) Controversa quæstio est inter Chronologos, utri priores vixerint & innotuerint